

h. 114, 8.

(X 2000670)



SCHEDIASMA
DE

HEINRICI

NOMINE, PRÆCELSÆ RUTHENORUM
PROSAPIÆ FAMILIARI,

Quò

ILLUSTRISSIMOS COMITES

AC DOMINOS,

DN. HEINRICUM PRIMUM,

DN. HEINRICUM TERTIUM,

DN. HEINRICUM QUARTUM,

DN. HEINRICUM DECIMUM,

JUNIORIS LINEÆ RUTHENOS,

COMITES AC DOMINOS DE PLAVIA, DOMINOS

IN GREIZA, CRANNICHFELDA, GERA, SCHLEIZA

ET LOBENSTEINIO,

DOMINOS AC NUTRITIOS GRATISSIMOS,

BENIGNISSIMOS,

UT ET

PLURIMUM VENERABILES

DNN. INSPECTORES,

NEC NON NOBILISSIMOS, AMPLISSIMOS,

CLARISSIMOS, SPECTATISSIMOSQUE VIROS ALIOS,

AD ACTUM EVCHARISTICUM,

A QVIBUSDAM NOBILISSIMIS ADOLESCENTIBUS,

CRAS, CUM DEO, H.L.Q.C. HABENDUM,

HUMILLIME, OBSERVANTISSIME, ET PERQVAM

OFFICIOSE INVITAT

M. JOHANNES FRIDERICUS Köber/

ILL. RUTHENEI RECTOR.

Literis Müllerianis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
POMERANIAN





Ortuita quandoque, plerumque autem arbitraria esse, inter homines quæ usurpantur, nomina, siue sint propria cuius, siue communia multis; id verò nec bardi & bambaliones (a) ignorant, ut, qui de hoc dubitet, eum non injuria ἀπὸν τὸ λύχνον ἐν μεσημβρία jubeamus. Etenim cum sine nomine non reperitur hominum ullus, (b) aut depræhensus unquam fuerit; id aut forte fortuna & casu quodam indeptus, aut suo aliorumve arbitrio ac voluntate adscivisse, censendus est. Ideoque Atlantes, Libyca gens, ab omni humano ritu perquam alieni fuerunt, si credimus Plinio, (c) inter quos insolens & inusitatum erat, nominibus se invicem compellare, aut iisdem communi jure gentium (d) uti. Quidquid reliquorum in mundo hominum est, suo gaudet nomine, & Christo imprimis dediti duplex habere solent,

(a) quis fuerit Bambalio, exponit Cic. III. Philipp. p. 860. ed. Gothofr. nempe homo nulla numero, qui propter hesitantiam lingue stuporemque cordis cognomen ex contumeliâ traxerit.

(b) Etenim quod Deo Numen, id homini quodammodo Nomen: sine Numine Deus non est, sine Nomine homo non est: sunt verba Eryci Puteani diatr. de Eryc. p. m. 331.

(c) l. V. Hist. natur. c. VIII. p. m. 215. ed. Dalechamp. Ejus verba ita habent: Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque nominum ullorum inter illos appellatio est, & Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur &c.

(d) Sic iterum Putean. p. 328. Nomen à parentibus quisque accipimus, aut trahimus; & ipsi Liberis damus, aut relinquimus, solenni Gentium omnium jure.

Οὐ μὲν γὰρ πάντα ἀνώνυμα ἔσ' ἀνθρώπων.

solent, quorum alterum ex gente cum ipso naturali ortu suo, alterum, salutari fonte regenerationis lustrati, accipiunt. Non ibimus nunc in longinqua aut à nobis procul remota, ut, quidquid usquam occurrit nominum, in unum coacervemus; neque verò omnia inter nos usitata, curiosam ad obrussam exigemus: inspiciamus modò, si per GENTEM PRÆCELSAM licet, & seriâ perpendamus æstimatione NOMEN, quò insigniri peræque omnes ILLUSTRISSIMI RUTHENI solent, HEINRICI nempe

magnum & memorabile Nomen. (e)

In quo quidem ita nos in præsentiarum geremus, ut de ejus primùm ortu, deinde & significatu nonnihil verborum faciamus. Ut igitur hinc exordiamur; illud, opinor, liquido constat, NOMEN isthoc HEINRICI jam olim ILLUSTRISSIMÆ RUTHENORUM FAMILIÆ & lustricum fuisse & simul gentilitium (f); & hoc quidem, quia toti EMINENTISSIMÆ PROSAPLÆ commune, illud, quia cuius, qui ortum inde trahit & nataleis, peculiare. Atque idcirco RUTHENI NOSTRI non incongruè *ἡρωικῶς* HEINRICIDÆ dici (g) possent; cùm felici quodam feminio non genus solùm generosissimum, sed &

nomen

(e) Virg. IV. Æneid. v. 94.

(f) Nam *lustricum* est, quo sacra; *gentilitium*, quò stemmata profitemur. Et sanè proximis temporibus, antequàm RUTHENI nomen accessit Nostris, utique nec totum Stemma, nec ququam HEINRICIDARUM aliud, nisi hoc habuit Nomen. Quò ipsò imitati videntur antiquissimos Romanos, quibus (ut est apud Appianum) *antiquitus singula nomina erant*: quo de v. iterum Puteanus l. c. c. 2. pag. 334.

(g) Itaque rectè Fr. Taubmannus de Beatissimæ memoriæ RUTHENO POSTHUMO, in schediasm. l. 2. p. 309.

Geranus Ulysses,

Henricidum Ruthenus Eques, gente inclitus Heros,

nomen unà HEINRICIANUM perpetuò propagetur. Et quamvis alia etiam legantur nomina in literarum memoriis, quibus appellati priscioribus seculis fortassean fuerunt, GEORGII (b) nempe, PHILIPPI (i) WILHELMI (k) ULRICI (l) HEINRICI JOHANNIS; hoc tamen ultimum suspectæ apud G. Fabricium (m) lectionis est, illa verò si non dubia & incerta, jam pridem certè abolita ac vetustatis tenebris immersa sunt. Quid? cætera, si quæ fuerunt, Nomina vetustissimum hoc HEINRICI dispulit & abegit, jam ante complura secula, — exortus ut ætherius Sol. Ideoque & unicum restat GENTI UNIVERSÆ CELEBR-
RIMÆ, & proprium est, atque, ut ita dicam, planè dome-
sticum. Quò verò tempore ILLUSTRISSIMUM isthoc
NOMEN simul ab omnibus cœptum fit usurpari primùm;
si quis

Et iterum:

*Henricides - Ruthenus ubi est, ibi Pallas & Hermes,
Et mirabilium fabricarum inventor Epæus.*

- (b) Sic enim Matth. Dresserus von den fürnehmsten Städten des Deutschlandes pag. 221. Es ist noch ein Geschlecht der Herren von Gera in Kärnthen / welche herkommen von Herrn Georgen von Gera / den ein Bischoff von Bamberg in Kärnthen geschickt hat / daß er demselbigen Lande fürstehen sollte.
- (i) Laur. Peccenst. in Theatr. Saxon. c. XII. f. 266. hanc in rem citat Rixneri libr. Trojam. ad ann. 996.
- (k) Idem ex eodem Alium dicto jam nomine adducit ad ann. 1162. sed putat utrinque deceptum Rixnerum errore calculi: quod ipse viderit.
- (l) Ita Corpus Hist. Polon. tom. II. lib. XVIII. f. m. 669. expressè Henrici Plauenii fratrem vocat, commendatorem (ut vocat) Gdanensem an. 1414.
- (m) Orig. Saxon. l. VIII. f. 10. Ubi rectè observant rerum nostrarum peritissimi Viri, per sphalma irrepsisse Johannem pro Juniorum.

Et
no-
unt,
(k)
um
si
atis
No-
am
que
R-
ne-
hoc
m;
uis

si quis ἀναμφισβητήτως & certò dicere velit, Delio natatore
opus habet. Adeò profunda tegitur etiam hoc caligine, si
rei originem spectes; perinde ut Germanorum prisca ple-
raque omnia: quod & Magalandrum conqueri non parum,
legimus (n). Sunt ergò (o) qui ad eludendam Ἰσθμίου
impostorum, si qui de postero sub hoc nomine decepturi, &

(n) tom. II. operum ed. Altenb. f. 814.

(o) Hoc se audivisse ait Laur. Peccenst. l. c. f. 265. 266. Cujus verba
sic se habent: Nus was Ursachen auch dieser Herren=Stand
sich eines einigen Tauf=Namens und Heinrichs vor lan-
gen undencklichen Jahren her/ und nochmals in ihrer ganz-
zen Familia gebrauchen / und zum Unterscheid der Personen
nach den Jahren ihres Alters/ als der Aelter/ Mittler und
Jünger/ oder nach des Leibes Länge / Gestalt / oder nach
der Zahl nennen thut / sind zwar hierinnen allerhand Indi-
cia und opinionones verhanden / und wäre wohl nöthig / daß
ein mehrerer Grund hierauf literis & scriptis mandiret wor-
den / weil es aber nicht geschehen / muß ich diese einige / wie
ich sie gehöret / alhier referiren und anziehen: Daß vor lan-
gen Jahren ein Herr von Plauen im Tugend und Ritter-
schafft willen / sich über Meer in ferne Land begeben / und
als solcher in Syria in einer Schlacht wider die ungläubig-
gen Saracenen oder Heyden / wie solche damals genennet /
ausgangen / habe sich endlichen nach etlichen verlauffenen
Jahren / da er fast vergessen / iedoch man von seinem Todte
nichts gewisses erfahren können / einer / so ihm an Gestalt /
Reden und Geberden allerding gleich und ähnlich gewes-
sen / an Tag und vor demselben ausgegeben / auch allerhand
Nachrichtung der Freundschaft und andern von sich dar-
gethan / daß iederman gläuben und sagen müssen / er der
rechte verlohrene Herr sey / und ihm also sein Antheil an der
Herrschaft dadurch geeignet / sich darauf verheyrathet und
Erben gezeuget. Als aber endlich der Betrug durch wun-
derbare Schickung Gottes / indem der Ort / wo der rechte
Herr ritterlich erlegt und begraben / ausgekundschaftet / und

frustrationem in Ruthenorum Familiam injecturi essent, (quòd contigisse aliquando dicunt) hoc tanquam remedium comminiscuntur inventum. Sunt etiã (p), qui *ὀμωνυμία* hanc HEINRICIANI Nominis, seu quod ILLUSTRISSIMI No- stri uno eodemque utantur, fruantur nomine; Berthæ tri- buunt, Henrici, Domini à Plavia, uxori amantissimæ, cujus precibus factum sit, ut, in honorem Henrici VI. Imperato- ris, consanguinitate sibi conjuncti, in memoriam præcipuè

Con-

der Fascinator zur gebührenden Straffe gezogen worden / haben endlich die Herren Geblüts-Verwandten sich mitein- ander dahin verglichen / sich eines einigen Tauf-Nahmens forthin zu gebrauchen / und also bis anhero in üblichen Ge- brauch iederzeit geblieben. Sed an hac eludi ratione fraudes aliorum, ne nomen tale mentiantur, queant, cuius in proclivi est arbitrari.

(1) Hoc tradit Matth. Hammerus in Roseto Historiarum c. VIII. pag. 92. 93. his verbis: Frau Bertha / so eines Hertzogen in Kärnten Tochter / und Kaiser Heinrich des VI. (M. Wolff Krüger in seiner Historischen Beschreibung hoher Personen p. 61. setzet Heinrich den IV. welches aus Versetzung der Zahl Buchstaben leichtlich hat geschehen können) Gefreunde war / hatte ihren Herrn und Gemahl Heinrichen / Herrn von Plauen / Herrn zu Weida / Gera und Grätz (weilen sie vier Söhne von ihm erzeuget) so hertzlich lieb / daß sie von ihrem Herrn Reußen beehrte / er wolte doch zur Ehrerbietung ihres Herrn Vettern des Keyfers / seiner selbst / auch ihrer lieben vier Herren Söhne zum ewigen Gedächtnis besteti- gen / daß bis zum Ende der Welt / alle Herren Reußen keinen andern Nahmen führen möchten / als Heinrich / so ihr auch zugesagt und verwilligt worden / Anno 1194. Testem citat Reusnerum in chronologia, quem verò nunc consulere non licuit. Sed & hic, nisi vetustiorum nitatur auctoritate, vix non- nullis, quod dixit, pervaserit. Eandem narrationem ex Ham- mero adduxit Martin. Zeilerus tract. de X. circulis Imperii tit. V. Von dem Ober-Sächsischen Kreiß p. 296.

Conjugis æternaturam, id nominis & Filiis, quos genuerat, quatuor, & horum Posteris omnibus solenne esset & proprium. Paulus Langius Cygneus, Monachus Bozaviensis in chonico ziticensi rem quidem ipsam de nominis impositione recenset; sed nullam addit rationem (q). Ut non injuria miremur, unde id hauserint alii. Nec forsàn omninò aberrant à veritate, qui ab Heinrico Aucupe, laudatissimo Imperatore, id Nominis deducunt. Ab hoc quippe Advocatos esse primùm in his terris constitutos, Alb. Kranzius (r) auctor est non proletarius, cum Matthæo Dressero (s): neque verò quispiam temerè alios nobis appellaverit Advocatos five Voigtos in hoc terrarum tractu, præter illos, ex quorum profapia RUTHENI Nostri felici derivatione descenderunt. Itaque in gratae mentis τεκμηρίον factum

(q) Verba ejus ad an. Dom. MCXCIII. ita habent: *Heinricus nobilis Dominus de Wyda, Uxorem habuit Berchtam Comitissam de Tyrol, que peperit ei quatuor filios, qui omnes Heinrici dicti sunt, quorum primus post eum sedit in Wyda, secundus in Groyt sive Greitz, dictus Heinricus Reusse, tertius in Plauen, quartus in Gera. Hactenus ille fide non indignus Historicus.*

(r) Ita ille l. IX. Saxon. c. 32. *Terra, inquit, est Advocatorum, non longè à Saxonia Superiore, quam Primus Henricus Romanorum Rex subjecit monasterio Dominarum in Quedlenburg, constituens quatuor per terra angulos totidem Advocatos Nobiles, qui Barones dicuntur de Wyda, de Gera, de Ruffe, de Plauen. Non rectè Nostros Barones vocat. Domini sunt Rutheni, non Barones; ut rectè & solidè ostendit B. Bœclerus in Conduct. Carolino p.m. 15.*

(s) Hic l. supra cit. p.m. 535. *Keyser Henrich (np. Auceps; hic enim ex Henricis fuit proximus temporibus Caroli M. & Ludovici filii, quorum antea mentio facta fuit) ordnete auch dahin zum Amtmann Cuniconem, den hieß man den Voigt zu Zwickau. Und von dem an ist der Name Voigt blieben. Sie sind auch in folgender Zeit genennet worden die Voigte von Plauen / wegen des Orths / den sie haben inne gehabt. Wiewol sie endlich auch in viel Geschlecht sich getheilet haben / als zu Cerau, Weida / und der Herren Reußen.*

Etum potuit esse, ut Advocati hoc inprimis Nomen, quò
 gaudebat Imperator, sibi adsciscerent, imponentque suis.
 De cætero, (si dicendum, quid in vacillantis causæ amabili
 controversiâ sentiam) quantum ex tabulis Genealogicis
 conjectura adsequi licet, post annum τῆς ἐνούρησιως τῆς λόγῃ
 c1o CLXII, cœpisse familiarem nominis HEINRICI usum,
 vero non videtur planè penitùs absimile. Etenim (r) quam-
 vis antea non defuerint, hoc nobilissimo Nomine insigniti,
 quod non negamus; tamen & alia tunc obtinuisse nomina,
 jam dictum fuit; (u) post id verò tempus videtur, si non de
 compacto, tamen consensu quodam tacitò, dubio autem
 procul ex singulari in hoc Nomen amore, factum, ut, qui
 nascituri in posterum essent, eodem illò uterentur omnes,
 rarò planè & inusitato in aliis Familiis celebrioribus exem-
 plò. Cum quâ opinione non consentire parùm vide-
 tur Paulus ille Langius (x). Ut ne verò ὁμωνυμία Nominis
 deciperet, aut & incertam planè GENEROSISSIMÆ PRO-
 SAPIÆ redderet historiam; ideò, salutari admodum con-
 filio, cognomina NOMINI PRÆCLARISSIMO addita,
 fuerunt plerumque, & varia illa quidem variis ex rebus
 sumta ac petita. Nam ab habitationis loco, quem incolebant,
 dicebantur (y) Domini in & de Plavven, Plauenii, Domini de
 Weida, Domini de Gera & Graiz, Domini in Ronnenburg
 & Schmollen, in Gera & Lobenstein, de Gera & Schlaiz, in
 Crannichfelda, Comites in Hartenstein, Domini in Plauen
 & Engelsburg, in Plauen & Gera & c. Quà ætatem alii cogno-
 men Senioris, alii Junioris, cuidam & juvenis (z) hæsit: ac-
 cessit

(r) in Geneal. certè Ruthenica, quam Nic. Rittershusio Jcto ce-
 leberrimo debemus, ad ann. Christi c1o XXCII. invenitur
 HENRICUS D. G. Comes de Osteroda, (an hoc forsan est
 Ostersteinium nostrum?) Dominus in Plauen.

(u) vid. not. h. i. k. l. (x) vid. ad lit. q. (y) vid. tabb. Geneal.
 Rittersh. de his & seqq. plerisque omnibus. (z) qui & Heinze
 dictus fuit, Tutor Fridrici Macri Landgr. Hassiæ; ib. sub lit. A.

cessit interdum Medii adpellatio: quô nomine etiam insignis fuit, qui tanta in Electorem Saxoniae Joh. Fridricum fuit (aa) fide, ut prope Mühlbergam maluerit cum piissimo placidissimoque Heroë capi, quam dubiis in rebus, ad morem aliorum, eum deserere. Fuit etiam, qui à fortunæ indulgentiâ & opum copia Dives cognominatus fuit, is citra dubium, qui Monacho Bozaviensi dicitur (bb) *totius terræ Advocatus, præpotens possessor & dominator*. Vocatus quoq; alius est cognomento, ob virtutis gloriam Eques Romanus, alius eadem ob rem Strenuus, alius ob concordiae amorem Pacificus. Et annon peculiare cognomẽ Burggraviatus Misniae non paucis fecit? De agnomine Ruzzo, Reus vel Rutheni idem foret dicendũ, nec pauca adferri in medium possent, nisi singularem hæc res operam postularet. Neq; verò silentio præterire fas est, quod alius a statura corporis Longus, alius & Brevis (cc) sit nuncupatus. Sed & Claudus aliquis cognominatus fuit, aliquis etiam Ruffus, nec non alius Luscus, qui Tutor Fridrici Electoris fuit (dd). Et Posthumi nomen cui latet, quô celebratus fuit **ILLUSTRISSIMUS ILLUSTRISSIMORUM COMITUM AC DOMINORUM NOSTRORUM AVUS**, de Ecclesia & Scholis, Ruthenéo imprimis, quod laudabilissimè erexit, benè merentissimus, beatissimus Heros? Denique & numeris Eos discretos atq; à se invicem distinctos esse, nemo inter nos est, qui cum ignarissimis sciat. Certè ex junioris lineæ RUTHENIS nuper (ee) **DECIMUM OCTAVUM** cum secutâ (ff) **HUNC** Matre **ILLUSTRISSIMA, MAXIMILIANA HARDECKIA, VIRTUTIS EMINENTISSIMÆ HEROINA**, cum ploratu justo lamentisque ac planctibus

b

bus

(aa) in MS. de gestis Luth. & dicti Elect. à **MAGNIFICO & GENEROSO DN. PRÆSIDE SAXO-ALTENBURG. SCHOENBERGIO** benevolè nuper communicato.

(bb) in chron. Zitic. p. 791. (cc) in literis Landg. Thur. Fridr. A. 1317.

(dd) Peccenstein. d. l. f. 276. (ee) d. 27. Aug. hujus Anni.

(ff) obiit enim dicto die, sepulchro illata d. 2. Sept. h. Anni.

bus cryptæ illatum, non citra *συμπάθειαν*, quam ILLUSTRIS-
 SIMO COMITI AC DOMINO HEINRICO PRIMO piè
 debemus, recordamur. Sed hæc in præfenti sufficient. Nunc
 paucis ut dicamus restat de Nominis HEINRICI *significatu*.
 Hic verò ante omnia monendum, variè id Nomen efferri
 pariter & scribi. Invenitur (*gg*) quippe in chronicis Regum
 Francorum vetustis, in Scriptore anonymo, qui tempore
 Conradi Salici vixit, Inricus & Hezil. Nec inauditum est in
 PRÆCELSA hac Familia Hainzel (*bb*) Hinck (*ii*) Heinze, (*kk*)
 Erycius Puteanus vult (*ll*) terminatione Latino-Belgica dici
 Henrycius. Cui apud Cæsarem de Bello Gallico, (*mm*) putat,
 Interpretum consensu, Ambiorix respondere. Sed missis
 hisce, usitatum retineamus nomen: id verò quid significet,
 vel tribus expediendū est. Igitur Heinrich, nunc Henricus,
 vel Heinrichus, Puteano (*nn*) dictum & compositum videtur
 ex Germanorum *Heim*, id est, domo five prædio, & *Reich*, quod
 divitem & abundantem notat. G.P. Harsdorffero (*oo*) videtur
 dictum,

(*gg*) vid. P. Lambec. Comment. Bibl. Vindebon. l. 2. c. 5. f. 394.

(*bb*) B. Adrian. Beyer in Geogr. Jenens. p. 202. vocat Heinzelon, citatq;
 P. ccenst. f. 18. Sed nihil ejus occurrit in Theatr. Saxon. hæc tamen
 f. 273. ex Chron. Erfurt. alii tribuit, quem *Hainzel* dictum fuisse ait.

(*ii*) Id. Pecc. f. 269. laudat inter eos, qui an. 1189. cū Fridr. Barbarossa con-
 tra Saladinum expeditionem susceperunt, aique qui ipsi dicitur *Herr*
Hinck von Plauen (*kk*) *Herr Heinze Rütze de Cerau* laus Crantii
 Relation, nebenst andern vom Keyser Heinrich dem Sechsten An.
 1191. auf der Tiberbrücke zu Rom zum Ritter geschlagen. Id. Pecc.
 f. 270. Nec prætereundus hic planè est versus, què ex B.D. Schröterò
 audivi quò variè pronunciatū Heinrichi nomen comprehenditur.
 Ita v. sonat: *Henrich, Henricus, Rüz, Hein, Henz, Heineman, Heinkel.*

(*ll*) l. sæpe c. cap. III. qui & Frederycius jubet dicere, Dierycius & Ery-
 cyus, p. 346. (*mm*) l. V. c. 24. & 27. & alibi. Græco Cæsaris interpreti,
 quem Gazam esse quidam voluere, Scaliger & Hæschelius Maximū
 Planudem suspicantur, Gothof. Jungerm. editor se ignorare planè
 fatetur, in notis vocatur *Ἀμείλιον*, *ὁ γ* *Θ*, qui Eburonum, seu, ut ho-
 diè dicuntur, Leodiensium rex fuit. Sed quomodo Ambiorix &
 Henricus congruant, idemq; planè sint, nondū capio. (*nn*) l. c. p. 341.

dictum quasi *Heimrich*, i.e. domi dives, seu familiarum dives. Alii designare arbitrantur (*pp*) lucis ac sylvis (*an Hann oder Gehölze*) divitem seu locupletem. Quæ opiniones uti ex diversâ vocis scripture ac pronunciatione oriuntur: ita fronte adversâ non pugnant, sed amicè potiùs conspirant. Quibus & si *Henrich* effertur, (quod apud multos usu venit) addi conjectura posset, eum ita nuncupari, qui Gallinis & quæ ad aviaria pertinent, aliis abundet. Sed hæc quidem hæctenus, quæ verò non tam laudata, quam excusata esse cupio. Neque enim fieri non potest, ut, quando terras nox opacat illunis aut nubila, iter faciens cespitet aut ostendat. Quod ergo reliquum est; **HEINRICI** mellitissimum Nomen, Nomen (ut cum Poëta (*99*) dicam cum violis rosisque natum, Hyblam quod sapit Atticosque flores, Nomen nectare dulcius beato; Nomen, inquam, Heinrici transeat in omen! Sint **ILLUSTRISSIMI RUTHENI** Nostri verè **HEINRICI**; sint divites domi forisque: divites familiarum, ut nunquam cesset **PRÆCELSUM GENUS**: divites prædiorum & terrarum: divites lucorum & sylvarum: divites avium & pecorum: divites præcipuè quâ animam gratiæ divinæ, fidei firmæ & stabilis, pietatis infucatæ, spei certissimæ de vita, quæ post hanc restat, in cœlis perennaturâ. Sic satis sunt eruntque divites, sic ter & amplius beati, sic verè **HEINRICI**. Vivant **RUTHENI** valeantque omnes ex voto: salvi sint & fortunati semper: Deus **EOSDEM** terris commodet diu! Vigeat sub **IPSORUM** moderamine tranquillo Ecclesia: vireat Respublica, & in hac **NOBILISSIMUS EQVITUM ORDO** cum **HONESTISSIMIS CIVITATIBUS**: floreat illustre Ruthenium cum scholis reliquis: fospites sint & felicitate macti, quicumque has incolunt terras! *révois!* Verum non sufficit tantum vovisse; gratias quoque Bonitati Divinæ agere par est pro beneficiis, uberrimè collatis: ideoque nostrarum esse

b 2

par-

(*oo*) in *specim. Philol. Germ. disq. XI. §. 32. p. 268.* (*pp*) vid. *Wolff. Krügeri onomasticon p. 69. b. (99) Mart. l. IX. epigr. 12. p. 275.*

179. 110
partium duximus, post finita feliciter **COMITIA PROVINCIALIA, SOTERIA** quasi quædam in Gymnasio Ruthenoprovinciali instituire, & grates nuncupare **DEO** devotas, quod *κειμήλια* terrarum Ruthenicarum conservare hætenus clementer ac paternè voluerit. Ideoque, cras, Deo feliciter annuente, gratias Eidem publicè I. JO. FRIDERICUS à Schönberg/ Eques Misnicus, quod *ILLUSTRISSIMOS RUTHENOS, Ecclesie Nutritios, Patriæque Patres O. M.* II. INNOCENTIUS Pflug/ Eques Misn. quod *Verbum nobis suum sanctissimum in choro,* III. ERNESTUS HEINRICUS à Luckowien/ Eq. Misn. quod *Justitiam in foro,* IV. CASPARUS CHRISTIANUS à Pretlach/ Eq. Westphalus, quod *NOBILISSIMUM EQVITUM, AMPLISSIMUMQUE CIVITATUM ORDINEM,* V. GEORGIUS Ehrenfried à Naundorff/ Eqv. Misn. quod *Pacem,* VI. JO. JOACHIMUS von der Heyde/ Eqv. Variscus, quod *Scholas, illustre in primis Ruthenæum,* VII. CHRISTOPH. GABRIEL Oberländer/ Eqv. Francus, quod *fertilitatem,* VIII. CHRISTOPH. HEINRICUS à Lohma/ Eq. Variscus, quod *sanitatem, & à contagiis immunitatem,* & IX. denique JO. GEORG. FRIDERICUS à Wolfframsdorff/ Eq. Var. quod *tolerabile annonæ pretium cum mercimoniis & opificis,* inter nos pro summa sua & ineffabili gratia, conservaverit tenus hac, & oratiunculis quidem concisis ac brevissimis, dicent. Prologi vicem sustinebit, attentionemq; Dicturis exprocabitur ADAM Erdmann à Gößnitz/ Eq. Var. tanquam Epilogus verò HEINRICUS Ehrenfried à Biesenroth/ Eq. itidem Var. pro benevola Auditorum auscultatione gratias aget, vota pro omnium incolumitate facturis. Ut igitur **ILLUSTRISSIMI COMITES AC DOMINI RUTHENI, COMITES AC DOMINI A PLAVIA, DOMINI IN GREIZA, CRANNICHFELDA, GERA, SCHLEIZA & LOBENSTEINIO, DOMINI atq; NUTRITII NOSTRI GRATIOSISSIMI,** ac præter PL. VENERANDOS DNN. INSPECTORES, NOBILISSIMI, AMPLISSIMIq; HOSPITES, OMNESq; ERUDITI ALII, clementi partim, partim honorifica sua præsentia dignari Acroaterium, *Nobilissimisq; Adolescentibus* frequenti faventique Auscultatione stimulum addere, crescendiq; (quod Comicus ait) copiam dare haud gravatim velint; id v. & humillimè rogo, & enixè, qua par est, animi submissione & humanitate peto. Nisi pro summâ hac benevolentia erga Gymnasium nostrum, omnibusq; meritis reliquis, gratû me comprobâro, ipse me hominem non putabo, P. P. Geræ d. Octobr. A. O. R. cl. l. c. LXXVIII.

V. 17 m. C.

h. 114, 8

H
NOMINE, P
P

ILLUST

DN. HEI
DN. HEI
DN. HEI
DN. HEI


JUNIOR
COMITES AC
IN GREIZA, C

DOMINOS
S

PLURA
DNN.
NEC NON M
CLARISSIMOS
AD

A QVIBUSDAM
CRAS, C
HUMILLIM

M. JOHA
II



Wg
110

ORUM

TES

IUM,
IUM,
TUM,
MUM,

DS,
OMINOS
LEIZA

IOSIS PUECA
ONICKAUANA
ES

RES,
SIMOS,
SALIOS,

NTIBUS,
M,
QVAM

ber/

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

